



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

3. Remißio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

peccabit in ea abstinentiae violatione , lib.7.
disp. 8. num. 16.

4 Religiosi peccant, si in Baptismo aut Confirmatione suscepentes sint , ut patet ex iuri bus id vetantibus. Quia tamen nullum est in eis verbum, quod factum irritet sunt veri susceptores , & contrahunt cognitionem spiritualem , l.7. dis. 60. nu. 21.

5 Religiosus non aduersatur motui proprio Clementis 8. quo interdixit religiosis, ne largirentur munera, nec violat votum paupertatis, quando profiteretur, se nolle acceptare, & si dicat sic: eâ re nō indigeo: si tibi placuerit, gratum mihi facies, si dederis meo consanguineo. Secus, quando religiosus expressè , vel tacite acceptet, & petat dari consanguineo. Item conuentus repudians legitimam monachi absque iusta causa iam delatam ante acceptationem, non violat motum proprium. Clem. VII. quia eam repudiare non est alienare , nec dare. Peccabit tamen mortaliter contra charitatem, si absque iusta causa religiosus priuatus rem sibi donatam nollet acceptare, sed rogaret alij dari, quia impedit bonum monasterij , li.6. disp. 4. nu. 7.

Remissio.

1 Remissio debiti faēta , quia creditor desperat, se alias recuperaturum, vel si debitor mentiatur, dicens, se paratum esse ad solvendum, valida est, nisi aliqua fraus, vel culpa debitoris interueniat. Nec similiter vitiabitur remissio.

remissio, si quidam tertius proponat sic creditori: nitat ut debitor soluat concessâ sibi partis debiti remissionem, nullo incesso metu, nullaq; fraude composita, aut dissidentia, quamvis debitori non esset animus aliter soluendi,
l.4. disp. 9. n. 17.

2 Remissio tam in delictis, quam in contrahitibus est fauorabilis, & extendenda, *libr. 10. disp. 8. num. 21.*

Repudium.

1 Debitor potest repudiare hæreditatem, vel legatum ante acceptationem in fraudem creditoris, licet eius bona sint hypothecata. In foro tamē cōsciētiæ peccat mortaliter repudiās, & tenetur restituere lucrum cessans, & damnum emergens. Successor tamen tutâ consciētiâ possideret, cum sit talis repudiatio valida in vitroq; foro, *l.6. d. 4. n. 8. & 9.*

2 Vxor potest tutâ conscientia renuntiare lucris constante matri. acquisitis, ne cogatur partem debitorum soluere, *libr. 6. disput. 4. n. 4. mer. 10.*

3 Solus prælatus absq; solemnitate requisiita in alienatione rerum Ecclesiæ, post repudiare hæreditatem, vel legatum Ecclesiæ, vel monasterio delatum, *lib. 6. disp. 4. n. 11. & 12.*

4 Solus prælatus non implens conditionē, sub qua aliquid legatur Ecclesiæ, aut monasterio, ipsi præiudicat, ut illud amittat. Itē solus prælatus recipiens pensionem ab eo, quem priuare poterat ob cā non solutā, præiudicat Eccle-